

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Oratio m
cum fonte primo

Multum precari est ad Deum quem
precamur diuturna et pia cordis
excitatione pulsare. Nam plerumque
hoc negotium plus gemitibus quam
sermonibus agitur, plus fletu quam
affatu.

Augustinus ad Diascorum.

nam multum loqui est in orando rem
necessariam superfluis agere uerbis;
multum autem precari est ad eum, quem
precamur, diuturna et pia cordis
excitatione pulsare. nam plerumque
hoc negotium plus gemitibus quam
sermonibus agitur, plus fletu quam
affatu.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 130,
10 (CSEL 44, A. Goldbacher ed., pp.62-
3, ll.16-19, 1).